

A Letter written to the Publisher by the Excellent Cassini, relating to the foregoing Observations.

**O**bservationes D. Flamstedii circa novissimam Lune Eclipsin cum nostris in Regio Observatorio habitis magna cum voluptate contuli. Ex iis quippe differentiam Meridianorum, quam olim, nostrarum Observationum collatione, Minutorum 11 definieram, nunc decem novis Comparationibus eandem intra pauca Secunda video confirmari. Integrum Observationem nostram, utpote in Diario editam, & ad Te transmissam, minime transcribam: Comparationes auctoritas à me initas hic subjiciam, ut nostrarum Observationum appareat consensus: De quo eo magis mihi gratulor, quia, cum Observationes aliae ejusdem Eclipseos, alibi locorum habite nobisque communicatae, procul ab ea concinnitate abesse deprehenderimus, Nostrarum cum Vestris eximius consensus utrisque conciliat autoritatem.

Astronomicam Speculam à Vobis adornari, eique eundem exitium Flamstedium praefectum esse, valde gaudeo. Quid ex ejus diligentia experientiaque sperandum sit, tum ex hoc specimine, mihi à Te transmiso, tum ex aliis patet. Vale, Vir Clarissime, & eidem D. Flamstedio meo nomine, si placet, salutem precare. Parisiis d. 7. Augusti 1675.

Observat. D. Flamstedii.	Observationes nostræ.	Differentia Merid:
Pentadactil. rectus. 13. 55. 15.	Idem seu Seleucus. 2. 6. 15.	11. 0 13. 0.
Porphyrites rectus. 14. 2. 20.	Idem seu Arifarchus. 2. 12. 40.	10. 20.
Sina limbus primus. 14. 5. 30.	Ejusdem seu Tycho. 2. 16. 30. * vel 16. 25.	11. 0. * 10. 55.
Ætna limbus primus. 14. 6. 0.	Ejusd. seu Copernici. 2. 16. 30. * vel 16. 40.	10. 30. * 10. 40.
Bebici limbus prior. 14. 23. 5.	Ejusd. s. Manili med. 2. 34. 15.	Minor quam 11. 5.
Horninius rectus. 14. 26. 3.	Ad eundem seu Dionys. 2. 34. 15.	Major quam 10. 12.
Tetigis limbum primum Coro. 14. 39. 30	Ejusd. s. Paludis somni. 2. 50. 20.	10. 50.
condometis.	Eand. s. Mare Casp. 2. 55. 20. * vel 55. 40	10. 20. * 10. 40.
Tetig palud. Martid. 14. 45. 0	Eand. s. Mare Casp. 2. 55. 20. * vel 55. 40	10. 30.
Mare tota recta. 14. 50. 40	Eadem. 3. 1. 10.	10. 50.
Immersio. 14. 56. 55.	Immersio. 3. 7. 45.	* 10. 45.
	* vel 7. 40.	

*Nota hæc \* denotat D. Cassini peculiarem existimationem; in reliquis cum D.D. Picardo & Romero consentit.*

An